tum ſm quem regit inferiorē portionem. lex
uero naturalis noīat illud ad qd̄ ꝯſcia dirigit.
Hic aūt mod⁹ dīcī ſatis uidetur ꝓbabilis niſi
repugnarꝫ illi glo. pri⁹ habite q̄ dicit q̄ ſynde
reſis alijs peccātib⁹ ñ ſe imiſcet. aū. n. mortale

pctm̄ ñ poſſit eē abſqꝫ actu ſuperioris portio
nis. quia in manducatione uiri ꝯſiſtit ꝯſūma-
tio peccati ſi ſyndereſis eſſet ſuperior portio
rōnis utiqꝫ alijs peccantibꝰ ſe imiſceret. Pre
terea ſuperior portio rōis dicit ordinatōeꝫ ad
deū. actus aūt ſyndereſis nō tm̄ reſpicit deuꝫ
ſed etiā ꝓximuꝫ ſm̄ ꝙ lex naturalis reſpicit
utrūqꝫ. Et ideo alius ē modus dicendi ꝙ cuꝫ
potentie rōales dupliciter habeant moueri. ſ.
intellectꝰ ⁊ affectꝰ. ⁊ p modū nature ⁊ p modū
deliberatōis queādmodū libertas arbitrij ꝯſi
ſtit in rōne ⁊ uoluntate ſm̄ ꝙ mouetur delibe
ratiue. ſic ꝯſcientia ⁊ ſyndereſis reſpiciunt ra
tionē ⁊ uoluntatē inquantū mouentur per mo
dū nature tā ſyndereſis q̄ꝫ ꝯſcientia q̄ꝫ etiam
lex nature ſemper ad bonū inclinant. ſed libe
rū arbitriū aliquādo ad bonū aliquādo ad ma
lum. et ideo ſicut liberū arbitriū ſimul ꝯplecti
tur rōnem ⁊ uoluntatem ſic ſindereſis rōnem
ſimul ⁊ uoluntateꝫ ꝯplectitur. ⁊ lex naturalis
ſimiliter. ⁊ ꝯſcientia ſimiliter. ⁊ pro eodem ac
cipi poſſunt. a proprietate tñ ſindereſis dicit
potentiaꝫ. ⁊ ꝯſcientia habituꝫ. ⁊ lex naturalis
obiectū. ſiue alio modo appropriādo ut ſinde
reſis dicat habitū reſpectu boni uel mali i uni
uerſali. ꝯſcientia uero habitū reſpectu boni uł
mali in particulari. lex uero naturalis indiffe-
renter ſe habeat ad utrūqꝫ. ſed quia ut habitū
fuit prius ꝯſcientia dicit habitū ſe tenentē ex
parte intellectus. aut neceſſe erit preter ꝯſciē
tiā ⁊ ſindereſim ponere in nobis aliquod dire
ctiuum. aut neceſſe eſt ponere ꝙ ſindereſis ſe
teneat ex pte affectus. Et ꝓpterea eſt tertius
modus dicendi ꝙ queādmodū ab ipa creatōe
aīe intellectꝰ habet lumē quod ſibi ē naturale
iudicatoriū dirigens ipm intellectū in cogno-
ſcendis. ſic affectus habet naturale quoddam
pondus dirigens ipm in appetendis. appeten
da aūt ſunt in duplici genere. quedā eniꝫ ſunt
in genere honeſti. quedam in genere ꝯmodi.
ſicut ⁊ cognoſcibilia ſunt in duplici genere.
quedā i genere ſpeculabiliū. quedā in genere
moraliū. ⁊ queādmodū ꝯſciētia nō noiat illud
iudicatoriū niſi inquantū dirigit ad opera mo
ralia. ſic ſindereſis nō noiat illud pondus uo-
luntatis ſiue uoluntatē cum illo pondere niſi
inquantū illā habet inclinare ad bonū honeſtū
et queādmodū nomen ꝯſciētie pōt accipi pro
potentia in tali habitu uel pro habitu talis po
tentie. ſic etiaꝫ ſindereſis vſitatiori tñ modo
loquendi ſindereſis noiat magis potentiā ha
bitualē q̄ꝫ noiet habitū ſicut patet in auctorita
tibus que ſupra inducte ſunt. et qꝛ illa potētia
nunqꝫ ſeparatur ab illo habitu. hinc eſt ꝙ ha
bitus ⁊ potentia uno noīe ꝯprehēditur. et po
tentia illa ut ſic habilitata nomen ſui habitus
ſortitur. Et ex hoc patet rñſio ad q̄ſtionē pri
mo propoſitā qua querebatur utrū ſindereſis
dicat quid affectiuū uel cognitiuū. Dico eni ꝙ
ſindereſis dicit illud quod ſtimulat ad bonū.
et ideo ex parte affectōis ſe tenet ſicut rōnes
ad primā partē inducte oſtēdunt. ¶ Ad illud
uero quod primo obꝛ̄ in ꝯtrariū ꝙ ſindereſis
eſt ſpūs rōnalis qui poſtulat ⁊ interpellat. Dō
ꝙ ſicut dicit Greg. ſuper Iob. i. Non tm̄ lo-
quimur ad deū cogitatōibus ⁊ exterioribꝰ uer
bis ſed etiā affectibus ⁊ deſiderijs. et ꝓpterea
dū ſindereſis ꝯtinue ſtimulando nos facit bo-
nū deſiderore dicitur gemitibꝰ inenarrabilibꝰ
ad deū interpellare. ¶ Ad illud quod obꝛ̄ de
ſenſu rōnis. Dō ꝙ per ſenſuꝫ rōalē magis in-
telligitur ibi naturale iudicatoriū q̄ꝫ intelliga-
tur ſindereſis. Siquis aūt ꝯtendat ꝙ p ſenſū
illū accipitur ſindereſis. Diſtinguendū ē ꝙ rō
aliquando accipitur ꝓprie p parte cognitiua.
aliqñ accipitur ꝯmuniter ꝓut ꝯphendit totuꝫ
ſpūꝫ rōnalē. et ſic ſenſus rōis nō tm̄ ſumitur
ex pte cognitiue ſed etiā affectiue. ſicut pꝫ de
ſpūali guſtu ⁊ tactu. et ideo ex hoc nō ſequit̄
ꝙ ſindereſis ſe teneat ex pte cognitiōis. ¶
Ad illud qð obꝛ̄ ꝙ ſindereſis ē ſcintilla ꝯſcie.
Dō ꝙ iō dr̄ ſcintilla ꝓ eo ꝙ ꝯſcia q̄ꝫtū ē de ſe
nō pōt mouere nec pūgere ſiue ſtimulare niſi
mediāte ſindereſi que ē quaſi eius ſtimulus ⁊
igniculus. Vñ ſicut rō nō pōt mouere niſi me-
diāte uoluntate. ſic nec ꝯſcia niſi mediāte ſin
dereſi. et iō nō ſeq̄tur ex hoc ꝙ ſit ex pte co-
gnitiue imo potius ꝙ ſit ex pte affectiue. ¶
Ad illud qð q̄ritur vtrū ſit potētia uel paſſio
uel habitꝰ. Dō ꝙ ē potētia ꝓprie attñ ñ noiat
potētiā uolūtatis gñalr̄ ſꝫ ſolū uolūtatē inq̄ꝫtū
mouetur naturalr̄. nec adhuc vlr̄ ſꝫ ſolūmō re
ſpectu boni honeſti uł eiꝰ oppoſiti. nihi ominꝰ
pōt etiā dicere habitū ſꝫ ille nō dꝫ dici nec vtꝰ
nec uitiū ꝓ eo ꝙ vtꝰ ⁊ uitiū ꝓprie reſpiciūt li-
beꝝ arbitriū ⁊ uolūtatē inquātū ē deliberatiua
nō inquantū eſt naturalis. Ex predictis patet
rñſio ad illas q̄ōnes que ultimo querebantur

¶ Ad illud.n. quod queritur quō ſe habeat
ſyndereſis ad ꝯſcientiā ⁊ legē naturalē. Dō ꝙ
ſic ſe hꝫ ſyndereſis ad ꝯſciam ſicut ſe hꝫ cha
ritas ad fidem. uel habitus ipiꝰ affectus ad ha
bitus reſpectu itellectus practici ꝑ ꝙ ē habitꝰ
Lex autē naturalis ꝯmuniter ſe hꝫ ad utrūqꝫ
ad ſyndereſim ⁊ ad ꝯſciaꝫ. nam lex naturalis
duplr̄ accipi pōt. vno mō ꝓut dicit habituꝫ in
aīa. ⁊ ſic qꝛ peꝛ legē naturalē inſtruimur ⁊ ꝑ
legē naturalē recte ordinamur dicit habitū q̄
ꝯprehendit intellcm̄ ⁊ affcm̄. ⁊ ita ꝯprehendit
ſyndereſim ⁊ ꝯſcaim. Alio modo lex naturalꝰ
uocatur collectio preceptoꝝ iuris naturalis. et
ſic noiat obiectū ſyndereſis ⁊ ꝯſcie vniꝰ ſicut
dictantis ⁊ alteriꝰ ſicut inchoantis. nam ꝯſcia
dictat ⁊ ſyndereſis appetit uel refugit. ⁊ utro
qꝫ illoꝝ modoꝝ inuenitur lex naturalis in di-
uerſis locis. hoc tn̄ ultimo accipitur magis ꝓ-
prie. ⁊ ſic ut ꝓprie loquamur ſyndereſis dicit
potentiā affectiuā inq̄ꝫtū naturalr̄ habilis ē ad
bonū ⁊ ad bonū tendit. ꝯſcia uero dicit habitū
intellectꝰ practici. lex uero naturalis dicit obie
ctū utriuſqꝫ. Et per hoc pꝫ rn̄ſio ad q̄ōnē vl-
timā qualr̄ ſyndereſis ſe hꝫ ad ꝯcupiſcibilem
rōnalem ⁊ iraſcibilē. Ille.n. tres potētie idiffe
renter noiant potentias aīe ſiue ꝑ ꝙ mouen-
tur naturalr̄ ſiue ꝑ ꝙ mouentur deliberatiue.
ſyndereſis aūt noiat potentiā affectiuā ſm ꝙ
mouetur naturalr̄ et recte. ⁊ ideo nō diſtingui
tur ab illis potentijs ꝑ eſſentiā potentie ſed ꝑ
modū mouendi. ⁊ quia ꝑ illū modū mouendi
ſemper mouet recte. hinc ē ꝙ dr̄ ſup alias uo
lare ⁊ alijs errantibus non ſe imiſcere ſed eas
corrigere.

Secundo queritur utrum ſyndereſis
poſſit per peccatū extingui. ¶ Et ꝙ
ſic uidetur. Sup illud ps. Corrupti
ſunt ⁊ abhoiabiles facti. glo. Omni ui rōnali
priuati. ſed ſyndereſis ē potentia rōnalis. er-
go per magnitudineꝫ peccati pōt ſyndereſis
priuari ſaltē quantū ad actū. ¶ Iteꝫ ſup illud
ps. Ab altitudine diei timebo. Glo. Stupor
ē qui nō ſentit. ⁊ poſt ſubiungitur. Stulta ar
rogantia ſimilis ē ſtupori. qn̄ quis de ſe preſu
mēs nec timet nec cauet. ergo ſicut ꝑ ſtuporē
ꝯtingit corpus fieri iſenſibile reſpectu morbi
corporalis ita ⁊ aīaꝫ ꝯtingit fieri inſenſibilē re
ſpectu morbi ſpūalis. Si ergo ſyndereſis re-
murmurat morbo ſpūali. uidetur ꝙ ſyndere
ſim ꝯtingat aliqn̄ extingui. ¶ Itē heretici ꝓ
errore ſuo ſuſtinent mortē ſine aliquo remor
ſu ꝯſcie. ſi ergo ſyndereſis eſt remurmurare
malo ⁊ in eis nō remurmurat aliquo mō. uide
tur ꝙ in eis ſit extincta oīo. ¶ Iteꝫ fomes ſe
hꝫ ꝑ oppoſitū ad ſyndereſim. ſed fomitē ꝯtin
git totalr̄ extingui ſicut pꝫ in beata uirgine.
ergo uidetur ꝙ ſyndereſim ꝯtingat extingui
ꝑ pccōꝝ multitudinē. ¶ Sꝫ ꝯ. In glo. ꝓhabita
ſup primū Eze. Facies aquile ⁊c. glo. Scintilla
ꝯſciētie in Caim nō extinguitur. ſi ergo caim
fuit magnus pccōr. uidetur ꝙ ꝑ peccatū extin
gui non habeat. ¶ Itē augꝰ. in li. de ciui. dei.
Tanta eſt uis probitatis ⁊ caſtitatis ut omnis
uel pene oīs eius laude moueatur hūana natu
ra. nec uſqꝫ adeo ſit turpitudine uitioſa ut to
tū amittat ſēſū honeſtatis. ergo ſi ille ſenſus
honeſtatis ē ſyndereſis. uidetur ꝙ non poſſit
per pccm̄ extingui. ¶ Itē que naturalr̄ inſunt
ſunt inſeparabilia. ſed ſyndereſis ineſt nobis
naturalr̄. ergo videtur ꝙ actū eiꝰ nō poſſemꝰ
oīo amittere ꝑ peccatū cū uitiū ſicut dicit aug.
nō deleat extrema nature ueſtigia. ¶ Item ſi
in aliquibus deberet extingui maxime eſſet
extincta in dānatis. ſed in dānatis ſyndereſis
nō extinguitur. qꝛ remorſus ꝯſcie eſt ex actu
ſyndereſis. ⁊ hic remorſus maxime in eis ui-
get. qꝛ nec ignis eoꝝ extiguetur nec vermis
morietur. ergo ⁊c. ¶ R̄. Dō ꝙ ſyndereſis q̄ꝫtū
ad actū ipediri pōt ſꝫ extingui non pōt. ideo
aūt nō pōt extingui. qꝛ cū dicat quid naturale
nō pōt a nobis oīo auferri. vn̄ ⁊ glo. dicit ſup
illud Luce. x. Abierunt ſemiuiuo relicto. Im-
mortalitatē exuere ſꝫ rōis ſenſū oīo abolere
non pn̄t quin homo poſſit ſape ⁊ deū cogno-
ſcere. nec unq̄ꝫ uitiū delet extrema nature ue
ſtigia. Q̄uis aūt actus eius oīo auferri uel ex-
tingui non poſſit. pōt tn̄ ad tp̄s impediri ſiue
ꝓpter tenebrā obcecatōis. ſiue ꝓpter laſciuiā
delectatōis. ſiue ꝓpter duriciā obſtinationis.
Propter tenebrā obcecatōis impeditur ſynde
reſis ne malo remurmuret ꝓ eo ꝙ malū cre
ditur eē bonū ſicut ē in hereticis qui morietes
ꝓ impietate erroris credūt ſe mori ꝓ pietate
fidei. ⁊ ideo remorſum nō ſentiunt ſed magis
quoddā gaudiū fictū ⁊ uanū. Propter laſciuiā
delectatōis ſimilr̄ ipeditur. aliqn̄.n. i peccatis
carnalibus ita abſorbetur hō ab actu carnis ut
remorſus locū nō habeat. quia carnales hoies

tanto impetu delectatōis feruntur ut rō tunc
non habeat locū. Propter duriciā obſtinatōis
impeditur etiā ſynderesis ne ad bonū ſtimu-
let ſicut in damnatis qui adeo ſunt ī malo cō
firmati ut nunꝗ̄ poſſint ad bonū inclinari. et
ideo ſynderesis quantū ad inſtigatōēꝫ ab bo-
nū ſempiternū habet impedimētū. ⁊ ꝑpterea
quantū ad illū actū pōt dici extincta. nō tn̄ eſt
extincta ſimplr̄ quia habet aliū uſū. ſ. remur-
muratōis. ſm enim illū uſum ſm quē ſynde-
resis habet pungere ⁊ remurmurare ꝯ maluꝫ
maxime uigebit in damnatis. ⁊ hoc dico ꝓut
remurmuratio ꝯ malū tenet rōem pene non
ꝓut tenet rōem iuſticie. q2 illa remurmuratio
erit ad ꝯmēdandū diuinā iuſticiā. ſed non erit
ad eliciendū fructuoſaꝫ pn̄iam. vn̄ remurmu-
rabit ſynderesis in dānatis ꝯ culpā in relatio-
ne tn̄ ad penā. Et ſic pꝫ ꝙ ſynderesis q̄ꝫtum
ad actuꝫ impediri pōt. nunꝗ̄ tn̄ extingui pōt
uniuerſalr̄ quantū ad omnē actū ⁊ q̄ꝫtū ad oē
tempus ſicut rōnes oſtendūt que ad ſecundā
partē inducuntur. et ideo ꝯcedende ſunt. ¶
Ad illud uero qđ obr̄ de glo ꝙ per malū ꝯti-
git priuari omni ui rōnali. dđ ꝙ rō ibi ſumit̄
pro potentia deliberatiua ⁊ mouente ꝑ modū
deliberatōis que in aliquibus oīo eſt ad malū
ꝯuerſa. ſynderesis aūt ut prius oñſum eſt non
dicit uim aīe rōnalis ut mouentē per modum
deliberatōis ſed ut mouentē per modū nature
et ideo glo. illa nō facit ad ꝓpoſitū. Nec ē in-
telligendū ꝙ glo. illa uelit dicere ꝙ per pcc̄m
fiat priuatio q̄ꝫtū ad potentiā ſed q̄ꝫtū ad re-
ctitudinē potētie. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ hō
efficitur ſtupidus per peccatū. dđ ꝙ ſimilitu-
do illa attenditur q̄ꝫtum eſt ex parte potentie
deliberatiue ſm quaꝫ habet in nobis eē ſtulta
arrogantia. Poſſet tn̄ dici ꝙ ſtupor nō aufert
ſimplr̄ ſenſum ſed aufert ſolūmō ad tp̄us. et
bn̄ poteſt eē ꝙ ad tp̄s aīa adeo incuruatur ad
pcc̄m ut nullū ſentiat oīo remorſuꝫ ſiue ꝓpter
delectatōis intenſionē. ſiue ꝓpter excecationē
cuꝫ credit malū eē bonū. ¶ Ad illđ quod obr̄
de hereticis iā pꝫ rn̄ſio. ꝯcedo enim ꝙ nō hꝫ
uſum ſuū ut remurmuret malo erroris in quē
ceciderūt. tamē nō eſt extincta ꝑ eo ꝙ remur
murat ꝯ alia mala ⁊ ꝯ illa que heretici credūt
eſſe mala ¶ Ad illud quod obr̄ de fomite. dđ
ꝙ non ē ſimile quia fomes eſt uitioſitas ꝑ̄ter
naturā. et iō totalr̄ tolli pōt etiā ſalua natura.

non ſic autem eſt de ſynderesi. ineſt enim ſm
primā nature inſtitutōēꝫ. ⁊ ideo natura ſalua
ta nō oīo auferri pōt. Alia eſt etiā rō. q2 aliq̄
eſt gr̄a ſiue donū gr̄e datuꝫ gratis qđ directe
repugnat fomiti ⁊ quod amouet carnis corru
ptionē. uitiū aūt ⁊ pcc̄m non habet eſſe cōtra
actū ſynderesis. et ideo q̄ꝫtūcūqꝫ homo pecca
uerit remāſit tn̄ ī eo tam ꝯſcīa q̄ꝫ ſynderesis.

Tertio queritur de ſynderesi quātū
ad abuſū. Et eſt q̄ſtio utrū ſyndere
ſis poſſit deprauari ꝑ pcc̄m. ¶ Et ꝙ
ſic uidetur. Glo. ſup. i. Eze. Facies aquile a
dextris ipoꝝ quattuor. Ibi glo. loquens de cō
ſcīa ⁊ ſynderesi dicit ſic. Hanc ſepe p̄cipitari
uidemus ⁊ ſuū locū amittere cū quidā ſine pu
dore peccāt q̄bꝰ merito dr̄. frons mulieris me
retricis facta eſt tibi. ſi ergo p̄cipitiū nō ē niſi
per culpā patet ⁊c. ¶ Iteꝫ ſuper illud Hiere.
ij. Filij mempheos ⁊c. glo. Malignus ſp̄us de
mēbris inferioribꝰ uſqꝫ ad v̄ticē pertingit qn̄
caſtā celſitudinē mentis diffidentie morbꝰ cor
rumpit. ſed caſta celſitudo mentis eſt ipa ſyn
deresis. ergo ꝯtingit per pcc̄m corrumpi. ¶
Itē hoc uidetur rōne. Pena ⁊ culpa habent fie
ri ꝯtra idē. ſed ſm actū ſynderesis qui ē pccō
remurmurare ꝯtingit eē aīe punitionē. ergo ꝑ
illū actū ꝯtingit eſſe peccati ꝑpetrationē. ¶
Item ſynderesis conſeq̄tur ꝯſciaꝫ tanꝗ̄ ſuum
naturale iudicatoriū. ſed ꝯſcīa pōt eſſe recta ⁊
erronea. ergo uidetur neceſſario ꝙ ſynderesis
aliq̄n̄ moueatur recte aliq̄n̄ moueat̄ oblique.
ſi ergo inordinatio reperta in actu motiue eſt
culpa uidetur ⁊c. ¶ Itē oppoſita ſunt nata fi
eri circa idē. ſed donū ſapīe ⁊ beatitudo luctꝰ
ꝯſiſtit circa ſynderesim cū donū ſapīe ꝯſiſtat
circa aīe ſupremū. ⁊ ſynderesis poſtulet ꝓ no
bis gemitibꝰ inenarrabilibꝰ. ſi ergo dono ſapi
entie ⁊ btitudini luctꝰ culpa opponitur. uidē
ꝙ culpa habeat eſſe circa illā potenciā. ¶ Itē
ſynderesis aut ē de bonis maximis aut de bo
nis medijs. aut de bonis minimis. ſi de maxi
mis. ergo eſt gr̄a uel v̄tus quoꝝ utrūqꝫ ē fal-
ſum cū ſynderesis ſimul maneat cū pccō. Si ē
de bonis medijs. ſꝫ his ꝯtingit male uti. ergo
ſynderesi ꝯtingit male uti. ſed malus uſus eſt
culpa. ergo ꝯtra actū ſynderesis ꝯtingit eē cul
pā. De minimis nō ē dubiū ꝙ nō eſt cū mini-
ma ſint bona corporis. ¶ Sed ꝯ. Glo. ſuper
Eze. i. Synderesim deputāt ꝓprie aquile nō

ſe miſcentē tribus ſed ipa errantia corrigētē.
ſi ergo nō ſe ꝯmiſcet tribus ſed potius cor-ri-
git. uidetur ꝙ ſm actū eius non conſiſtat pec
catū ¶ Itē Ambro. dicit ⁊ magr̄ adducit i lit.
ſuper illud ro. vij. Quod uolo illud facio. Ibi
dicit ꝙ homo naturalr̄ ſemper uult bonū. er-
go cū illa uoluntas nō ſit aliud q̄ȝ ſynderesis.
ſynderesis ſemp uult bonū. etſi ſemper vult
bonū. ergo nunq̄ȝ peccat. ¶ Itē uis illa que ꝑ
motū ſuū directe repugnat peccato nō depra
uatur pecō. ſed actus ſynderesis ſemp ꝯ culpā
remurmurat etiā in peſſimis peccatoribꝰ. er-
go uidetur ꝙ nō habeat deprauari uel deordi
nari per culpā. ¶ Itē qñ tota natura per mor
bū corrūpitur non eſt ulterius poteſtas ad ſa-
nitatē. ergo ſi tota rectitudo aīe aufertur p cul
pam iam non eēt ultra ſpes redeūdi ad grām
ſed ꝯſtat ꝙ ē ſpes redeundi. qꝛ de nemine de
ſperādū ē dū eſt in uia. ergo uidetur ꝙ aliqua
rectitudo remaneat. ſed rectitudo que maxie
eſt adherentie eſt rectitudo uolūtatis p modū
nature. ⁊ hec eſt ſinderesis. ergo non uidetur
ꝙ deprauari poſſit per culpā. ¶ R̄. ꝙ ꝑ illos
qui dicunt ſinderesim nō eſſe aliud q̄ȝ ſuperi-
orē portionē rōnis circa actū ipſius ꝯtingit eē
peccatum. dicunt enim ꝙ ipa ſuperior portio
rōnis habet duplr̄ moueri. aut ſm ꝙ ad deuꝫ
ꝯuertitur ⁊ regitur ⁊ dirigitur ſm leges eter-
nas. et ſic in ea peccatū nō habet eſſe. Aut ꝑ
ut ꝯuertitur ad inferiores uires. et ſic ab eis ſu
mit occaſionē deuiandi ⁊ pōt p pccm̄ deprauā
ri. Et ponunt exēplū in peccato arrij q̄ erra-
uit circa trinitatē ⁊ unitatē. ⁊ ita ſm ſupiorem
portionē rōnis uel ſm ſinderesim. Et hoc di-
cunt ꝙ glo. predicta ſuper. i. Eze. uult dicere.
nam primo dicit ꝙ alijs peccantibꝰ nō ſe imi-
ſcet. poſtea dixit ꝙ p̄cipitatur ⁊ locū ſuū per-
dit. ⁊ utrūq; dicunt habere ueritatē ꝑ diuerſas
ꝯparationes ſuperioris portionis ſiue ipiꝰ ſin
deresis. Sed quoniā ſicut dicunt ſancti ⁊ glo.
manifeſte ſinderesis quantū ē de ſe ſemp hēt
ad bonū ſtimulare ⁊ peccato remurmurare q̄ȝ
diu ſumꝰ in ſtatu uie. Ideo dixerunt alij aliter
.ſ. ꝙ ſinderesis noiat ipam uoluntatē ſm ꝙ
habet naturalr̄ moueri. ⁊ qm̄ pccm̄ non habet
eſſe ꝯtra actuꝫ uoluntatis ut natura eſt uel vt
mouetur naturalr̄ ſed ſolū ut mouetur delibe
ratiue. hinc eſt ꝙ per peccatū ſinderesis nō hꝫ
deprauari. quia tñ ipſa habet alias regere et

dirigere ⁊ dominiū regendi pōt perdere. hinc
eſt ꝙ ꝯtingit eam per culpā p̄cipitari. preſidē
tia enim dominij a nobis pendet. ſ. a rectitu-
dine preſidētis ⁊ ab obtempantia famulātis.
⁊ q̄uis ſinderesis q̄ꝫtum eſt de ſe ſemper ſit
recta. quia tñ ratio ⁊ uoluntas frequenter ei
obuiant. ratio per erroris excecationē. ⁊ uolū
tas per impietatis obſtinationē. hinc eſt ꝙ ſin
deresis precipitari dicitur. pro eo ꝙ effectus
eius ⁊ preſidentia in uires alias deliberatiuas
ꝓpter eaꝝ repugnantiā repellitur ⁊ caſſatur.
Et ponitur exēplū in milite qui quantū ē de
ſe ſemper bene ſedet ſuper equū. equo tamē
ruente p̄cipitari dr̄. ſic ⁊ in ꝓpoſito intelligen
dū eſt. Hic aūt modus dicendi tanq̄ȝ rōnabili
or a pluribus ſuſtinetur. et ideo rōnes que ad
hanc partē inducuntur ꝯcedende ſunt. ¶ Ad
illud uero quod primo obr̄ de glo. ꝙ ſindere
ſim precipitari uidemꝰ. iam patet rñſio. non
enim ſequitur ſi precipitatur ꝙ ꝓpter hoc p
peccatū deprauetur. quia p̄cipitiū eius non tm̄
attenditur ꝯ actum ꝓpriū ſed etiā ꝯtra actuꝫ
aliaꝝ virtutū quibus preſidere debet ipa ſin-
deresis. ¶ Ad illud quod obr̄ ꝙ morbus diſ
ſidentie corrumpit mentis celſitudinē. ⁊ ꝙ aīa
ꝯſtupratur uſq; ad v̄ticem. dō ꝙ uertex ⁊ cel
ſitudo nō uocatur hic ſinderesis ſed ſuperior
portio rōnis. Superior autem portio rationis
non noiat ipſaꝫ potentiā anime inquantū mo
uetur naturaliter ſed inquantū mouetur deli-
beratiue. et hoc modo circa ipam habet pec-
catū ꝯſiſtere et maxime illud quod attēditur
ꝑ actū rōis qui eſt ſurſum ſicut ē peccatū infi-
delitatis ⁊ deſperatōis ⁊ alia peccata que dire
cte opponuntur v̄tutibus theologicis. ¶ Ad
illud quod obr̄ ꝙ pena ⁊ culpa habent fieri ꝯ
idem. dō ꝙ illud nō hꝫ ueritatē loquendo pre
ciſe ꝑ eo ꝙ ꝑ peccato uoluntatis totū corpus
habet puniri. Uerum eſt tamē ꝙ ſicut uolun-
tas ē principiū peccandi. ita principalr̄ punitur
vnde ⁊ uermis ꝯſcie plus eſt afflictiuus volun
tatis prout eſt deliberatiua q̄ȝ ꝓut eſt natura
quedam ꝓpter mutuā repugnantiā. Utrū aūt
ſola uoluntas ſit ſubiectū pene uel aliq̄d aliud
hoc infra ſuo loco manifeſtabitur. ¶ Ad illō
quod obr̄ ꝙ ꝯſcia que eſt iudicatoriū p̄cedens
ſinderesim eſt recta ⁊ non recta. ergo ⁊ ſinde
resis eſt recta ⁊ nō recta. dō ꝙ non ſequitur.
ꝑ eo ꝙ ipa ꝯſcia non tm̄ ꝯſiſtit in uniuerſali

imo etiã deſcẽdit ad particulare. nec tm̃modo
mouetur motu ſimplici imo etiam collatiuo.
nec mirũ qꝛ ↄſiſtit in rõne cuius quidẽ rõnis ẽ
vnũ ab altero diſcernere ⁊ unũ ad alterũ ↄfer
re. et ideo lꝫ ↄſcia put ſtat i uniuerſali ⁊ mo-
uetur aſpectu ſimplici ſit ſemp recta. put aũt
deſcẽdit ad pticularia ⁊ ↄfert põt fieri erro-
nea ppter hoc ꝙ intermiſcet ſe actus ratiõis
deliberatiue. Et hoc pꝫ ſic. ↄſcia. n. iudeorũ ex
ipo dictamine naturali dictabat ꝙ deo ẽ obe-
diẽdũ. ⁊ ipi poſtmodũ aſſumũt ꝙ deus pcepit
nũc circũciſionẽ ⁊ ciborũ diſcretionẽ. et ex hoc
ↄformatur ↄſcia in pticulari ut ſe circũcidant
⁊ a cibis abſtineãt. error autẽ ille non uenit ex
primo principio qđ quidẽ uerũ fuit ſꝫ uenit ex
aſſumptõe quod quidẽ non fuit ↄſcie put eſt
naturale iudicatoriũ ſꝫ potiꝰ rõnis erronee q̄
quidẽ ſpectat ad liberũ arbitriũ. ſynderesis aũt
ꝙ̃tũ ẽ de ſe mouetur motu ſimplici in remur
murando ꝯ malũ ⁊ in inſtigando ad bonum.
Preterea mouetur ꝯ malũ nõ in hoc uel illud
ſed in uniuerſali. uel ſi aliquo modo inclinetur
ſynderesis in deteſtandũ hoc malum uel illud
hoc non eſt inq̃ꝫtũ hoc ſed inq̃ꝫtũ malũ. ⁊ hinc
eſt ꝙ ſynderesis nõ obliquatur ſicut ↄſciẽtia
errat. Alia etiã poſſet reddi rõ. qꝛ ſynderesis
noiat ipam potentiã naturalẽ put ẽ naturalr̃
habilitata. ↄſcia aũt noiat nõ tm̃ naturalẽ ſed
etiã acq̃ſitũ. et qꝛ natura ꝙ̃tũ eſt de ſemper
recte mouetur. qđ aũt acq̃ritur poteſt habere
⁊ rõnes rectitudinis ⁊ obliquitatis. hinc eſt ꝙ
ſynderesi ſemp exñte recta ↄſcia poteſt eſſe ⁊
recta ⁊ erronea. ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ do-
nũ ſapie eſt circa ſynderesim. dđ ꝙ falſum ẽ.
omnia enĩ dona ⁊ oẽs v̓tutes ⁊ beatitudines
reſpiciunt uoluntatẽ ſ̓ ꝙ eſt deliberatiua. ꝙ
aũt dr̃ ſynderesis poſtulare pro nobis gemiti
bus inenarrabilibꝰ hoc intellr̃ cãliter. quia nos
inſtigat ad gemitus pro malis quibus imerſi
ſumus. ¶ Ad illud quod obr̃ ꝙ bonis medi-
ocribus ↄtingit male uti. dđ ꝙ uerũ ẽ de his q̄
mouentur ad nutũ liberi ar. ſm̃ eius actũ pro
prie intellr̃ uſus ⁊ abuſus. ſynderesis aũt cũ
ſit potentia naturalis. ⁊ naturalr̃ moueatur nõ
ſubeſt imperio liberi ar. ⁊ ideo nõ ſequitur ꝙ
ppter hoc. Preterea eſto ꝙ poſſet illa abuti
adhuc nõ ſeq̃tur ꝙ ppter hoc in ipa eẽt pec-
catũ. ꝗuis enim liberũ ar. abutatur oculo cũ in
tuetur ad ↄcupiſcẽdũ tñ pccm̃ nõ dr̃ eẽ i oculo
peccatũ. n. non eſt in eo q̃uo quis abutitur ſed
potius in abutente.

In parte iſta ſunt q̃ões circa lr̃am.
Et primo queritur de hoc qđ dicit.
ꝙ uelle malũ malũ eſt ſꝫ intelligere
malũ nõ ẽ malũ. Queritur vnde hoc ſit. ⁊ vi
detur ꝙ ſimilr̃ ſit in actu intelligendi ⁊ i actu
uolendi. actus enim reſpicit denoiatõẽ ab ob
iecto. ergo ſicut uelle malũ eſt malũ. ita ⁊ intel
ligere. ¶ Itẽ intelligere dicit motũ a rebꝰ ad
aiaꝫ. ⁊ uelle dicit motũ ab aĩa ad res. ergo ui-
detur ꝙ plus pendeat actus intelligendi a re
intellecta ꝙ̃ꝫ actus uolendi a re uolita. ergo ſi
malicia eſt a uolito ⁊ intellecto potius dꝫ de-
prauari actus intelligendi ꝙ̃ꝫ actus uolẽdi. ¶
Rñ. dđ ꝙ a malicia exñte i obiecto magis de
prauatur actus uolendi ꝙ̃ꝫ actus intelligendi.
Et rõ huius duplr̃ ſumitur. vñ ex parte v̓tu-
tis. quia tanta eſt uis amoris ut tranſformet
amantẽ in amatũ. vñ qui diligit iuſticiã iuſtus
fit. ⁊ qui diligit iniquitatẽ iniquus fit. ⁊ ppte
rea dr̃ de malis ꝙ facti ſunt abhoiabiles ſicut
ea que dilexerunt. non ſic ẽ de actu intelligẽdi
nam etſi aliquo mõ ↄformet nõ tñ tranſfor-
mat. hoc aũt ↄtingit ppter maiorẽ uim unio
nis que conſiſtit in ipo amore. ſicut enim dicit
Dio. amorẽ dicimus uim unitiuã. ppterea dr̃
i. cor. vi. Qui adheret deo unus ſpiritus fit.
Alia eſt rõ ex parte obiecti. Bonũ. n. inq̃ꝫtũ
bonũ eſt obiectũ affectus non intellectus. itel
ligentie aũt ⁊ memorie obiectũ ẽ uerũ ſub rõe
ueri uel bonũ ſub rõne ueri. ⁊ hinc ẽ ꝙ intelle
ctus qñ intelligit falſũ eſt falſus. nõ tñ quãdo
intelligit bonũ eſt bonus. affectus uero nõ dr̃
eſſe falſus quia uelit falſuꝫ ꝙ̃uis dicatur eſſe
malus quia uelit malũ. uel bonus cũ uult bonũ
Uirtus enim a pprio obiecto denoiari habet
Et per hoc pꝫ rñſio ad utrũqꝫ obiectũ. Illud
aũt melius infra patebit di. xl. vbi inq̃rit ma
giſter utrũ peccatũ omne habeat eẽ a uolũtate
¶ Itẽ queritur de hoc quod dicit ꝙ ſuperior
ſcintilla rõnis bonũ uult ⁊ malũ ſemp odit. Sꝫ
ꝯ. Impoſſibile ẽ ſimul ⁊ ſemel uoluntatẽ mo-
ueri motibꝰ ↄ̃rijs uel etiã diſpatis. ſꝫ hõ aliqñ
uult malum. ergo nõ uidetur ꝙ illa hora uelit
bonũ. falſum ergo dicit cuꝫ ait ꝙ illa ſcintilla
ſemp uult bonũ. Si tu dicas ꝙ uoluntas natu
ralis ⁊ deliberatiua ſunt diuerſe potentie ⁊ ita
ſimul poſſunt moueri diuerſis motibꝰ. Cõtra

in lr̄a precedēti habetur ⁊ etiā ɔ̄ñtl q̄ illa uo-
lūtas que uult bonū grā̄ aduenīente liberatur
⁊ adiuuatur. ſi ergo uoluntas que a grā̄ libera
tur ⁊ adiuuatur hec ē in qua habꝫ ɔſiſtere pec
catū. uidetur q̄ eadē ſit potētia uolūtatis qua
homo naturalr̄ uult bonū ⁊ qua aliqñ uult ma
lū. Si tu dicas q̄ eadē ē uoluntas tñ diſpoſita
diuerſis habitibus. et ƀ illoꝝ habituū diuerſi-
tatē pōt habere diuerſos motus. Obr̄ ɔ̄ hoc.
qꝛ illa potentia ē unica ⁊ ſimplex. ergo q̄ndo
ɔuertit ſe ad actū unius habitus nō pōt ſe cō-
uertere ſimul ⁊ ſemel ad actū alterius habit⁹.
⁊ ita non mouetur ſimul ⁊ ſemel bene ⁊ male
Nō ergo ſemꝑ uult bonū. q̄ ſi hoc ɔcedatur
eſt rō in ɔ̄rium q̄ nulla uirtus deſtituitur ſua
naturali ⁊ ꝑpria opatione. ⁊ maxime uirtus
naturalis cuius ē moueri uniformiter. ergo vi
detur q̄ actus uoluntatis naturalis qui eſt ap
petere bonū ſimul ſtet cū actu uoluntatis deli
beratiue qui eſt uelle maluꝫ. ¶ R. ꝺō q̄ ſicut
dicit magr̄ in lit. duo ſunt hic modi ꝺōi. q̄daꝫ
.n. dicunt q̄ actus quo uoluntas naturalr̄ uult
bonū non eſt diuerſus uel diſtinctus ab eo q̄
uoluntas uult deliberatiue malū. ſꝫ ſicut malo
culpe in actu exteriori ſubſternitur bonū natu
re. vnde unus ⁊ idem actus ē bonus bonitate
nature ⁊ malus malicia moris. ſic dicūt intelli
gi ⁊ in uoluntate q̄ uoluntas naturaliter vult
bonū inq̄ꝫtuꝫ uult actū ſubſtratū. vult nihilo-
minus malū inquantū illū actū deformat. Sꝫ
illud nō ſufficit dicere. qm̄ cum Ambro. dicit
q̄ homo uult naturaliter bonū nō intelligit de
bono nature tm̄ quod quidem eſt actus uolun
tatis ſed etiā moris. vult enim iuſticiā ⁊ odit
iniuſticiā naturali uoluntate. Et propterea eſt
alius modus dicēdi quē magiſter ponit in lit.
q̄ duo ſunt motus. ⁊ alius eſt motus quo vo
lūtas naturaliter appetit bonū. ⁊ alius quo uo
luntas deliberatiue uult malū. vtrū aūt poſſit
eſſe ſimul hoc magiſter nō determinat. Et ɔ̄
hoc eſt duplex opinio doctoꝝ. quidā .n. dicunt
q̄ pñt eē ſimul. ꝑ eo q̄ actus deliberatiuus ñ
excludit actū naturalē. ⁊ unus illoꝝ actuū eſt
uoluntatis ut mouetur naturaliter. ⁊ alter vt
mouetur deliberatiue. ſed qm̄ voluntas natu-
ralis ⁊ deliberatiua ƀ q̄ oſtenſum fuit una eſt
potentia. ⁊ eadē potentia quando plene moue
tur in bonū uel in malū nō pōt ſimul ⁊ ſemel
moueri motu oppoſito ⁊ etiaꝫ diſpato ꝑpter

ſimplicitatē potētie. Ideo dixerunt alij q̄ mo
tus uoluntatis naturalis non eſt ſemper actu-
aliter in bonū. ⁊ qđ dicit magiſter i lit. q̄ ſem
per uult bonū hoc intelligitur habitudinaliter
Impeditur aūt ⁊ ſuffocatur per maliciā uolun
tatis deliberatiue ut non exeat in actū ſicut ē
in damnatis in quibus ſyndereſis nō inſtigat
ad aliquod bonū ⁊ iuſtum. quicquid aūt ſit de
hoc utrū poſſit ſimul eſſe motus uoluntatis
ꝑut eſt natura cū motu uoluntatis ut ē delibe
ratiua. hoc tñ ueꝝ eſt q̄ uoluntas naturaliter
que bonū appetit nō ē ſemper in ſuo actu. qꝛ
non ſemper cogitat de bono. ⁊ cum etiā cogi-
tat frequenter nullo modo afficitur. ⁊ ideo lr̄a
illa exponenda ē q̄ hoc q̄ dico ſemper dicat
ɔtinuitatē quantū ad habitū uolendi nō q̄ꝫtuꝫ
ad actū. Et qđ obijcit q̄ v̄tus non priuatur ꝑ
pria operatiōe. ꝺō q̄ illud intelligitur de opa
tione ſubſtantiali que reſpicit eſſe rei. De opa
tione uero ɔuenienti que eſt reſpectu alicuius
extrinſeci nō ſemper habet ueritatē q̄ nō pri
uetur actione. fere .n. oēs v̄tutes uidemus in
ſuis actibus recipere interpellatōeꝫ. nec tñ ex
hoc dicimus eas eē ocioſas uel ꝑpria opatiōe
priuari dū in actus ꝑprios ſunt nate exire ꝑ
loco ⁊ tp̄e. ¶ Itē queritur de hoc quod dicit.
Ante grā̄m lꝫ naturaliter homo uelit bonum
nō tñ opꝫ ɔcedi habere bonam uoluntatē. Et
uidetur q̄ imo. quia ueriori modo ineſt alicui
quod ineſt ei naturaliter q̄ꝫ quod ineſt accidē-
taliter. ergo ſicut ſequitur ſi deliberatiue uult
bonū q̄ habeat bonā uoluntatē. ita ſequetur
q̄ ſi naturaliter uult bonū q̄ habeat bonā uo
luntatē. ¶ Iteꝫ qđ naturale ē non aſſueſcit in
ɔtrariū. ergo ſi homo naturaliter uult bonuꝫ
nunq̄ꝫ aſſueſcit uelle malū. ſed aſſueſcit uelle
malū. falſū ergo dicit cū ait q̄ homo naturalr̄
uelit bonū. aut ſi dicit ueruꝫ uidetur ꝑ hoc q̄
hō naturaliter uelit bonū q̄ ſit ſimpliciter bo
nus. ¶ R. ꝺō q̄ bonitas uoluntatis inchoat
in appetitu naturali ⁊ ɔſūmatur in v̄tute deli
beratiua. nec ē uoluntas ſimplr̄ bona et recta
niſi ſit recta inq̄ꝫtū mouetur deliberatiue. ⁊ ñ
inq̄ꝫtū mouetur naturaliter. et ideo ſicut illud
argumentū non ualet imo ē ibi fallacia ƀ q̄d ⁊
ſimplr̄. Ille eſt caſtus naturaliter. ergo ē caſt⁹
ita illud non ſeq̄tur. Ille uult bonū naturaliter
ergo habet bonā uoluntatē. ¶ Ad illud quod
obr̄ q̄ v̄iori mō ineſt qđ ineſt naturalr̄ ⁊c. ꝺō

q̄ illa ꝯparatio ỽitatē h3 ubi illud quod ineſt
accñtaliter nō preſupponit illud qđ ineſt natu
ralr. cū aūt preſupponit tūc non habet ỽitatē
Sicut eni meli⁹ eſt bene viuere q̄3 viuere. q̄a
bene viuere preſupponit viuere. ſic melior ē
volūtas q̄ recte mouet̄ ⁊ naturalr ⁊ delibera
tiue q̄3 naturalr tm̄. ¶ Ad illud quod obī̄ q̄
naturale nō aſſueſcit i ꝯtrariū. dđ q̄ illud ue
rū eſt de eo qđ ē ſimplr naturale. ſ. de eo qđ
a natura inchoatur ⁊ ꝯſūmat̄. ſed hoc nō eſt
ueꝝ in eo qđ inchoat̄ a natura ⁊ ꝯſūmatur ab
aſſuetudine uel etiam a grā. ⁊ tale ē uelle bo
nū. Et per hoc patet q̄ dicitur i lit. i hac pte.

¶ Diſtinctio. xl.

Oſt hoc de actib⁹ adijciēdū videt̄
⁊c. ¶ Supra oñdit magiſter q̄liter
volūtas ex fine habeat rectifica-
ri ⁊ deprauari. In hac pte itendit
oſtendere q̄lr act⁹ ⁊ opa rectificari habeant ⁊
deprauari ex affectu ⁊ fine. Et q̄m obliquum
h3 cognoſci p rectū ⁊ malū p bonū. ideo pars
iſta h3 ptes duas. In prima parte inq̄rit ma-
giſter quō itentio faciat op⁹ bonū. In ſecūda
pte inq̄rit quō ex obliq̄tate itentōis ſine vo-
lūtatis hēat fieri op⁹ malū. ibi Cūq3 itētio ut
ſupra dictū ē op⁹ bonū faciat ⁊c. ¶ Prima pars
diuiditur i partes duas. In q̄rū prima magr̄
oñdit q̄lr act⁹ penſari habēt boni uel mali ex
itentōe ⁊ fine. In ſecūda q̄rit vtrū generaliter
hoc ſit ueꝝ q̄ bonitas operū cauſet̄ ex boni-
tate itentōis. ibi S3 q̄rit̄ vtrū opera oia hois
⁊c. ¶ Et illa ſecūda ſubdiditur i partes tres. In
q̄rū prima recitat diuerſoꝝ opionē. In ſecūda
ꝯfirmat alteraȝ illaꝝ auctoritate aug. ibi Sed
aug⁹ euidētiſſime docet. ⁊c. In tertia ỽo redit
ad ꝯfirmāda reliq̄. ibi Que tn̄ q̄dā ꝯtēnūt ⁊c.

D intelligētiā aūt h⁹ ptis i qua ma
giſter principaliter agit de bonitate
opeꝝ quā hñt ex itentōe incidit hic
q̄ſtio circa duo. ¶ Et primo q̄ritur de bonita
te quā opa ab itētōe recipiūt. ¶ Secūdo ỽo
q̄ritur de bonitate quā opa itentōi ſupaddūt.
¶ Lirca primū q̄runtur tria. ¶ Primo q̄ritur de
bonitate opeꝝ q̄3tū ad q̄litatē. utꝝ. ſ. qualitas
opeꝝ q̄litati itētōis gn̄alr̄ corrn̄deat. ¶ Scđo
q̄ritur q̄3tū ad q̄3titatē. ſ. utꝝ q̄3tū q̄ſq3 inten
dit tantū faciat. ¶ Tertio q̄ritur q̄3tū ad ne
ceſſitatē. utrū. ſ. bona intentio abſq3 operibus
ad ſalutē ſufficiat.

Circa primū ſic pceditur ⁊ q̄ritur utꝝ
q̄litas opeꝝ ſemp rn̄deat q̄litati iten
tōis. Et hoc ē q̄rere utꝝ oē op⁹ qđ
fit bona itentōe ſit bonū. ¶ Et q̄ ſic videtur.
Primo auctoritate Ambr. quā magr̄ adducit
in lit. Affectus opi tuo nomen iponit. ſi ergo
denoiatio opis ē a q̄litate. ⁊ itentio ſiue affe-
ct⁹ op⁹ denoiat. uidetur etiā q̄ iformet q̄lita
te ſua. ¶ Itē arbor bona q̄ opatur h̄ q̄ bona
facit ſemp fructū bonū. ſ3 uolūtas q̄ ē arbor
cū bona itentōe opatur h̄ q̄ bona opat̄. ergo
uidetur q̄ faciat op⁹ bonū. ¶ Itē act⁹ nō eſt
meritori⁹ nec demeritori⁹ niſi q̄ uolūtari⁹. et
uolūtas nō ē bona nec ē mala niſi ex intētiōe
ſicut oñſuȝ ē ś. ſi ergo bonitas uoluntatis fa
cit bonitatē i ope. ⁊ bonitas itentōis facit bo-
nitatē i uolūtate. ergo a primo q̄litas operis
cātur a q̄litate itētōis. ¶ Itē potēti⁹ ē bonū re
ſpectu boni q̄3 malū reſpectu mali. ſ3 q̄lecūq3
ſit op⁹ ⁊ q̄3tūcūq3 ſit bonū. deprauari pōt per
malā itentionē. ergo multo forti⁹ q̄lecūq3 ſit
op⁹ ⁊ q̄3tūcunq3 malū rectificari pōt ex bona
itentōe. Et pōt h⁹ argumenti illatio ꝯfirmari
q̄ſi a minori ⁊ a ſimili ⁊ p ꝯueniētiā in ipo. q̄3
ſi oppoſitū ē cā oppoſiti ⁊ ppoſitū ē cā ppo
ſiti. ſi ergo mala itentio ſemp cāt malū. bona
ſemp cāt bonū. ¶ Itē eſto q̄ aliq̄s faciat op⁹
malū bono fine ita q̄ malicia ſit i ope ⁊ boni
tas i itentōe. aut itentio pmanet bona opere
exn̄te malo. aut itentio fit mala ex opere ma
lo. aut itentio facit op⁹ bonū. Si primo mō.
ergo ſimul ⁊ ſemel meretur q̄s ⁊ demerebit̄
qđ ē impoſſibile. Si ƀo mō. ¶ S3 ꝯ. Op⁹ ē effect⁹
itentōis. ſ3 effcūs nō ifluit i cām ſ3 poti⁹ ecō-
uerſo. ergo poti⁹ itentio coicat ppriētatē ſuaȝ
opi q̄3 op⁹ itentōi. ergo ſi itētio ē bona nec̄e ē
opus eē bonū qđ ex ipa pcedit. ¶ Itē q̄3tū-
cūq3 opus de ſe ſit malū ſi tn̄ fiat ab eo q̄ opa
tur oio pter itentōeȝ ſicut ab eo qui oio caret
uſu rōis nō ē aliquo mō culpabile. ergo ſi pri
uatio itentōis op⁹ q̄3tūcūq3 de ſe malū pōt pri
uare malicia ⁊ facere q̄ nō ſit malum malicia
moris. pari rōe uidetur q̄ rectificatio itentōis
op⁹ q̄3tūcūq3 de ſe malū pōt facere bonū ⁊ re
ctū. ¶ S3 ꝯ. Aug. de ſcō vic. Amor tranſfor-
mat amantē i amatū. hoc aūt nō dr̄ ecōuerſo
ergo q̄liſcūq3 ſit itentio ſi uolūtas i elit maluȝ
neceſſe ē eā effici malā. ergo nō uidetur q̄ q̄li
tas opis corrn̄deat q̄litati itentōnis. ¶ Item